




Sammelband von Dina



U. g. 1975



99 A 6904



I

DUCE ET AUSPICE CHRISTO
Disputationis. I.

DE

IVRISPRV-
DENTIÆ FINE, PRÆ-
*ceptis, fontibus ac rivulis, con-
clusiones seqq.*

Ex pr.

INSTITUTIONVM

D. IVSTINIANI IMPERATORIS

ad S. constat. 3. de jur. Nat. &c. Et concor-

dantibus juris civilis & Can. textibus, de-

sumptas, cum adjunctis Corols

lariis

Presidente

NOB^{mo}, CL^{mo}, & CON^{mo} VIRO D. AR-

NOLDO DE RBYGER, I. U. D. ET IN IN-

clyta Salana Academia Professore

publico.

Pro Privato Exercitio ad disputandum

proponit, defendetq;

MICHAEL OTTO VVITZENHVS. C.

Disputabitur loco in Ill^{rum} Ducum Saxoniz ibidem aula, ad

id, consecrato, h. 6. ante meridiana 12. Cal. Maij.

An. c l o l o x c i v.

IVSTITIA ornatur firmaturq; imperium: Conservatur

Respub: pulchrè humana gubernatur visa.

Novell. Const. 163. in pr.

IENÆ Typis Tobiz Steinmanni.



INCLYTIS AMPLIS^{mzq.}
SPEI ILLUSTRISSIMIS AC CELSIS-
SIMIS PRINCIPIBUS ET DOMINIS D. MAGNO
D. GEORGIO, ET D. IOHANNI FRATRIBUS
Germanis Ducibus Brunsvicensium ac Lunæ-
burg. DDD. & Meccenatibus meis
Clementissimis atq; benignis-
simis.

*In debita gratitudinis & fidelissi.
obsequij testimonium humiliter
offerro. dedico.*

MICHAELOTTO
RESPONDENS.



L213



Lectori candido S P.



U^t ad privatam disputationum exercitium, non ita pridem cum D^eo bono à me ad finem perductū, denuo accedam, mirari equidem haud injuria possis. An non enim, qui in hoc genere Studiorum excellunt, ijs hæc Academia nostra abundat? Num illis ipsis doctius, expeditius, diligentius quid esse possit? Itane verò etiam laxo es in otio, ut præter, quam qui in orbem quotidie tibi redeunt labores, huic etiam simul, cum insigni aliqua tua laude, vacare te posse confidas? Hæc sane & hujusmodi cogitationes, multorum animos subituræ mihi videntur. Sed instituti mei rationem paucis accipe. Inter eos qui amicorum sunt & observantissimi & studiosissimi, semper nomen meum fui professor. Horum aliquot, suos in Scholam nostram liberos, ad capiendum ingenij cultum amandarunt. Amicissimis porrò nostra tradere consuevimus, etsi in nostro ordine Academico, qui non æquè paterno omnes Scholæ alumnos amore complectatur, profecto reperias neminem. Verum si qui tamè mihi aut alij præcipue commendati sint; mirari desine, quod eosdem precibus suorum adducti, aliquanto curiosius emendandos suscipiamus. Multum reliqui facimus ceteris: plurima, ex ijs quæ discant, nos fugiunt: immo hoc agimus ut animos adolescentum cultiores non nihil efficiamus, iiq; subacti

aliquo modo, sublimioris doctrinae semina deinceps
eo rectius, & majore cum fructu ab ijs accipiant.
Quis praeterea ignorat, ad fortem efficiendum militem,
quantum conducant adumbratae pugnae, & fictae ho-
stium incursiones: quantum item prosint infidiae,
proditiones & itinera simulata, quid denique panici
terrores? Ad verum profecto haec fiunt belli aliquan-
do gerendi propulsandum periculum, patriamve de-
fendam, ubi usus venerit. Idem in nostris ser-
vamus juris tironibus. Ad majora sane disputatio-
num in Scholis eos praeparamus certamina, ut ab his
ad Principum auditoria, ac forensam militiam dimit-
tantur: ubi non umbrae sed res, non discendi, sed vin-
cendi cupidus adversarius, negotium facessit. Ex-
istimo aequo censori probatum iri meum consilium,
& voluntatem, non tam ad laudem mei ipsius, quam
ad adolescentiae litteratae studia anhelantem. Et quia
negotia publica privataque me impedire possint sapi-
uscule, quo minus perpetua haec forent exercitia; vi-
sum mihi fuit, collegis non improbantibus, eligere
aliquem idoneum, qui meo loco, in majore otio
Praesidem gerat. Itaque consensus fuit in doctissimum
virum & juris scientiae gnarum haud vulgariter Dn. Io-
achimum Delium Megapolitanum. Is me spectante
& audiente, quoties per occupationes licuerit, re-
spondentibus, sicubi defecerint, subveniet; ego ipsi
contra adero, si qua controversia illius auctoritate so-
la componi nequeat. Hoc volui, Candide Lector, ne
esses nescius. Tu quin conatibus nostris amice faveas,
dubitare non debemus: nos, te salve agere & valere
diutissime precamur. IENAE ex Musaeo nostro XII. Kal.
Maij, Anno c l o l o x c i v.

Arnoldus de Reiger D.



NOMINA COLLEGARVM
HAC SERIE CONTINENTVR.

1. IOACHIMVS à Los.
2. THEODORVS à SCHVLENBURG EQ. March.
3. CHRISTOPHORVS à SCHULENB. EQ. March.
4. IOHANNES ERNESTVS ab Hundelshausen.
5. CASPARVS à Teutleben.
6. ERNESTUS HEIDEN.
7. M. IOANNES HOENSTEIN Creilshemius Franc.
8. M. GEORGIUS GOGSMOSIUS August.
9. MICHAEL OTTO VVittzenhus. C.
10. LAZARVS POCKBLIUS Ratisponens.
11. IOACHIMUS PERNBELIUS Ratisponens.
12. VALBNTINUS REICHIUS Ienens.
13. MAURITIUS MÜLLERUS Effeldens. Franc.
14. PAULUS RHEM August.
15. IOANNES PAULUS ROTH Vlmens.
16. GERHARDUS ab HOLTZ Hamburg.



ARGVMENTVM.



LEGALIS SCIENTIAE, SEV
VERAE NON SIMVLATAE & PHILO-
sophiae materias ad disputandum pro-
posituri, necessariò prius de IURIS
ipsius fine, h. e. iustitia b, ac deinde
arte, praëceptisque paucis praëfantur.

A 3

a. l. i. §.

a L. r. §. 1. l. in f. ff. de iust. & iur. b tot. t. Inst. de
iust. & iure ff. eod. A Subiecto enim unicuique incipien-
dum est. Medium autem est ius nosse. Finis est iustitia.

DE IUSTITIA ET IVRE TITVLVS

I.

CONCLUSIO

PRIMA.

*Iustitia
definitio*

IUSTITIA ab Vlp. IC^{to} definitur: Con-
stans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuen-
di c.

c in l. 10. ff. h. t. pr. Inst. eod.

II.

Ius vero (quod ab ea appellatum) est (ars) boni &
æqui d.

d d. l. 1. in pr. h. t.

III.

IURISPRUDENTIA est divinarum atque hu-
manarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia c.

c d. l. 10. §. 2. §. 1. Inst. n. t. Vid. Donell. 1. comm. c. 6.

IV.

Iuris præcepta sunt tria: Honeste vivere, alte-
rum non lædere; suum cuique tribuere f.

f d. l. 10. §. 1. & §. 3. Inst. d. t.

V.

Hic non incommode quæritur: Cum alterum
non, an seipsum quis lædere, sibi que inimicas manus
inferre iure possit? Negativam tenemus g.

g tot. tit. de his qui sibi mort. conscisc. l. omne vitium
§. qui se vulneraverit de re militar. Nemo enim mem-
brorum suorum videtur dominus l. liber homo 12. ff. ad
l. Aquil.

*sibi qd pœt iniuriam
cor qd non hys argu. & bo.
o qd non h. v. p. s. h.
me re privato n. p. p. o.
habitu
nemo corp. q.
h. h. h. dominum
D. r. v. 2. x. m. e. t. y.
non p. sibi adinore
d. r. v. l. o. g. d. n. a. g. t. u. r.*

q. & conscisc. non sibi sed d. a. p. f. a. u. r. i. u. m. v. i. d. e. r. e.
plura q. ad h. d. notari!

VI.

Item si defendendi mei caussa vicini ædificium orto incendio dissipaverim, utrum illi injuriam intulisse videar, & ejus nomine in me judicium dandum? quæri potest. Negamus utrumq; *b.*

l. quo naufragium 3. §. 7. quod ait. prator ff. de incend. rui. naufr.

VII.

Parentibus tamen; propinquis: Senioribus; præceptoribus, & magistris artium liberalium & mechanicarum; Patrono: Dominis: marito, ac Magistratui licentiam omnino filios: minores suos: discipulos: Libertum, Servos: Vxorem corrigendi, & emendandi: ac fontes ultimo supplicio, legitimo observato ordine committendi, non detrahit.

VIII.

Porro hujus studij duæ sunt positiones seu species: Publicum & Privatum. Sunt enim quædam publicè utilia, quædam privatim, &

l. d. l. 1. §. 2. h. t.

IX.

Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat. *k*

k d. §. 2. & §. 4. Inst. h. t.

X.

Et consistit in sacris in sacerdotibus; in magistratibus. *l*

l. d. §. 2. Can. 11. dist. 10

Priva-

XI.

Privatum, quod ad singulorum utilitatem per-
tinet. m.

m dict. jurib.

XII.

Ius privatum vel ex gentium, vel Civili jure ori-
ginem trahit. n

*n l. omnes 9. ibi partim suo proprio partim, &c.
ff. n. t.*

DE IURE NATURALI
GENTIVM ET CIVILI

Tit. 2.

XIII.

Ius gentium quod idem naturale dicitur, o est
quod naturalis ratio inter omnes homines constituit.

p. Estq; Vlp. auctore jus naturale vel gentium. q. f.

*o in d. l. omnes §. singulorum. §. vendita Inst. de
rer. divis. p. Gaius d. l. omnes §. 1. Inst. de jur. nat. gent.
& civil. q. vide Donell. 1. comm. c. 7.*

XIV.

Ius naturale est quod natura omnia animalia
docuit. r

*r Vlp. in d. l. 1. 3. ff. de iust. & jur. pr. tt. Inst. de
jur. nat. fac. can. 7. dist. 1.*

XV.

Vtpote est maris & foeminae conjunctio, quam
nos matrimonium appellamus, liberorū procreatio,
eorundem educatio, vis illata, & aliorum quæ noci-
tura videntur propulsatio. s

s d. §. 3. l. ut vim ff. de iust. & jur. d. pr. Inst. h. t.

XVI.

Cujus generis & illa sunt: Erga D a v m religio,
pietas erga patriam & parentes, t

t d. l.

e d. l. r. §. ult. junct. l. seq. de just. & jur. Quia est id jus, quod à primo ortu fuit in hominis natura, quod idem semper æquum ac bonum est, ad id à Paulo vocatur jus naturale. l. pen. ff. d. t. V. Donell. d. c. 6.

XVII.

Hic occurrit frequens & quotidiana quæstio: An provocanti convicium objectum, quod sit fur aut latro in injuriantem retorquere, & impune dicere: tu mentiris, liceat? Et licere traditum legimus. *u* *Andr. Gail. lib. 2. Obs. 100. n. 3.*

XVIII.

Ea tamen ut confestim & non ex intervallo fiat retorsio, necesse est *vv.* Nam qui non illico in ipso congressu, sed longo post tempore vim infert, cogitato infert, nec tam ad defensionem, quam ultionem spectat: Ultio autem prohibita est. *x*

vv. l. quod est 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. x. l. 45. §. 4. in f. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. und. vi.

XIX.

Ius gentium est quod usu exigente, & humanis necessitatibus gentes humanæ sibi constituerunt. *y*

y. d. l. 1. §. 4. de just. & jur. §. 2. vers. jus a. gentium Inst. de jur. nat. gent. & civ.

XX.

Ex hoc jure introducta sunt bella, dominia condita, regna distincta, &c. Et contractus penè omnes originem traxerunt. *z*

z. l. 5. ff. de just. & jur. d. §. 2. vers. ex hoc Inst. de jur. nat.

A 5

Dico

Unde 75. & 79 ad e. l. 1.

vid. A. 17.

Dico penè quod Dd. Stipulationem α , literarum obligationem β , Emphiteusim γ , Sponsalitiã largitatem δ , nec non pacta legitima ϵ à iure Civili introducta, scribant.

α . Vid. Borch. ad \S . in hac re Inst. de verb. Oblig.
 β . l. contractus 19. C. de fid. Instrum. γ . Borch. ad \S . adeo autem Instit. de locat. & cond. δ . \S . est & aliud 3. vers. Sed nos Inst. de donationib. Novell. 119. & 61. c. 13. l. 20. C. de Donat. & l. 6. ff. de pact. \S . 1. Inst. de oblig. Borch. in 2. pactorum divis. cap. 2. de pactis.

Ius Civile est, quod quisque populus ipse sibi constituit tanquam proprium ipsius civitatis ζ .

ζ . d. l. omnes \S . jus a. Civile Inst. 11. n.



C O R O L L A R I A.

I.

Ius revera sit an opinione? Negamus posterius
 Comnan. 1. Comm. jur. Civ. c. 1.

II.

Minus ambitiosè ad Vlp. l. 1. de just. & jur. responsum defendemus, quo veram non simulatam Philosophiam lectos affectare profiteretur.

Petr. Fab. lib. sing. de just. jur.

Civilis

Civilis scientiæ potissima à IC^{is} & legumlatorib, præcepta hauriri.

Bodin. lib. 5. de repub, c. 2. c. 6. & passim.



AD HARVM THESIVM AV-
CTOREM ET PROPVGNA TOREM,
SYMPATRIOTAM ET AMICVM;

Oëtostichon



IUSTITIAE fatagis fieri quandoq; SA-
CERDOS,

OTTO, cui patrios dat VVICENHVSA
lares?

QVIDSIT; in his meritò Thesibus disquiris: ut
illud

Hoc titulo rectè juris Apollo monet.

Differe IUSTITIAE, de causis flore sub isto:

Adsere IUSTITIAM, quando virile sapis.

Tecq; eadem dignis ornabit honoribus olim,

Quum mystæ illius nomina clara geres.

Bern. Pratorij Jespurg:

Chassi, P. L.

F I N I S.

Christi Aeterni Regni
Imperii et Imperatoris
Sacrisse et Reverentissime

AD HANNOVAM THESES
GEORGII ET PHILIPPUM
SACRAE THEOLOGICAE
ACADEMIAE

ANNO 1714
DIE 14 JUNII
IN AULA SACRAE
ACADEMIAE
THEOLOGICAE
HANNOVERENSIS
PUBLICAE
SUB PRESENTIA
SACRAE THEOLOGICAE
ACADEMIAE
HANNOVERENSIS
PUBLICAE
PRAESIDENTIS
ET CENSURAE
SACRAE THEOLOGICAE
ACADEMIAE
HANNOVERENSIS
PUBLICAE
PRAESIDENTIS
ET CENSURAE

Imprimatur
1714

1714



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







I

DUCE ET AUSPICE CHRISTO
Disputationis. I.

DE

IVRISP RV=
DENTIÆ FINE, PRÆ-
*ceptis, fontibus ac rivulis, con-
clusiones seqq.*

Ex pr.

INSTITVTIONVM
D. IVSTINIANI IMPERATORIS
*ad S. constat. 3. de jur. Nat. &c. Et concor-
dantibus juris ciuilibus & Can. textibus, de-
sumptas, cum adjunctis Corola-
lariis*

Præsidente

NOB^{mo}, CL^{mo}, & CON^{mo} VIRO D. AR-
NOLDO DE RBYGER, I. U. D. ET IN IN-
clyta Salana Academia Professore
publico.

*Pro Privato Exercitio ad disputandum
proponit, defendetq;*

MICHAEL OTTO VVITZENHVS. C.
Disputabitur loco in Ill^{rum} Ducum Saxoniz ibidem aula, ad
id, consecrato, h. 6. ante meridiana 12. Cal. Maij.
An. MDCCXIV.

IVSTITIA ornatur firmaturq; imperium: Conservatur
Respub: pulchrè humana gubernatur vita.
Novell. Const. 163. in pr.

IENÆ Typis Tobie Steinmanni.